Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

duo latera versus Italiam coartguntur Insula in pelorum deducunt / hanc antiq Rome horreum vocauere / Que omnibus in rebus superior aliis Italie ptibus habita est / ut pute frumento / Croco / Melle / aliisque pmultis / Et non fructibus modo sed et pecoribus pellibus lana et caseo /

Cyprus Insula a Cethim (q fuit tercius filius Janan Et nepos Japhet Cethina dicta cum pmum ea habuit / hec inter ceteras Insulas celeberrima / rerum enim omnium habundans : et veterum diuitiis ornata / Et pterea luxui plurimum dedita : ob quod Veneri sacrata fuit / Cyprus aut cadentibus rebus romanis diu sub Imperio grecorum fuit / Qui Constantinum apud Bizantium regnasse / Ricardus Anglie rex grecos ex Insula deiecit cum Jherosolymam Classe petens : eo tempestate delatus portu prohiberetur Indignatus enim arma que in saracenos parauerat in grecos vertit / eisque insulam abstulit / Spoliatamque firmo suorum presidio commutatam reliquit / Nec diu postea Guidoni lusignano genere gallico : Qui de Jherosolimitano regno contendebat : eam pmisit / Quam ille ab anglico acceptam sibi et posteris suis usque in varia tempora obtinuit / Post varias successiones regnum ad duos fratres puenit / Quorum alter nomine petrus Classe instructa cum Catelanis et gallicis alexandriam egiptiorum inuasit / Ingressusque vrbem media diripuit : et quamuis occurrentibus maximis egiptiorum copiis : fuge se commiserit / Ingentem tamen predam et ditissima spolia reportauit nec diu postea a fratre interfectus est / Nulla enim sancta regni societas / Cruentus fraterno sanguine Rex constituitur / sed neque ei longa quies fuit / Post hec pressa est hec Insula magnas calamitates / Nunc aut sub dominio venetorum habetur

Euboya Insula nominatissima Quam nostro seculo Nigroponte dicimus In qua citas Chalcis Quam quidam Cecrope / Alii (ut Cicero deorum natura libro 3.) ab Alabando condita dicunt / Plato vero in Timeo Amasim Regem Egipti eiusdem vrbis conditorem dicit / hec cum eiusdem Insule metropolitana et celebris atque pugnacissima esset a Mahumeto Ottomano Turcorum principe Veneris ablata fuit / In ea quippe Cecrops rex Primus Apollinem deum Appellauit / Simulacra repperit / Et aras ibidem constituit atque victimas imolauit / Ubi etiam preter tres filias et quartam genuit nomine Phrigia Que inde

traiciens Phrygia a se habitata denominauit Eam aut Caladem cepit Mathametus turcorum Imperator quartodecimo kal Junii Anno salutis 1471 : prodicione cuiusdam thome liburni cum magno xpianorum et Maxime venetorum damno Ubi proh dolor omnes puberes Italicos ibi inuentos acutis palis transfigi fecit / et reliquam gentem sub hasta vendere precepit

Et in Gallia quas referre conueniat sole sunt Stechades ab ora ligurum ad Massiliam usque disperse / Baleares in hispania contra tarraconensia littora site non longe inter se distantes Et ex spacio sui cognominibus acceptis maiores minoresque perhibentur : Castella sunt in minoribus Iamo et Mago : In maioribus palma et polentia colonie. In atlantico quoque mari usque occasum gorgadum sunt insule. Has incoluerunt gorgones monstra / Et sane adhuc monstruosa gens habitat. distant a continenti bidui nauigatione. Prodidit denique Xenophon lampsacenus Hannonem regem in eas permeauisse, repertasque ibi feminas aliter pernicitate : atque ex omnibus que apparuerunt duas captas / ita hirto atque aspero corpore / ut ad argumentum spectande rei duarum cutes miraculi gracia inter donaria Junonis suspenderint : que durauere usque in tempora excidii carthaginensis. Ultra gorgadas hesperidum insule (sicut Sebosus affirmat) dierum xl. nauigatione in intimos maris sinus recesserunt. Fortunatas contra leuam mauritanie tendunt latere. Quas Juba sub meridie quidem sitas : sed proximas occasui dicit. De harum nominibus expectari magna miraculum reor : sed infra famam vocabuli res est / In prima earum cui nomen est embriona : edificia nec sunt nec fuerunt. Juga montium stagnis madescunt : Ferule ibi surgunt ad arboris magnitudinem : earum que nigre sunt : expresse liquorem reddunt amarissimum : que candide aquas euomunt etiam potui accomodatas : Alteram insulam Junoniam appellari ferunt. In qua pauxille edes ignobiliter ad culmen fastigiata / Tercia huic proxima eodem nomine nuda omnia : Quarto loco capraria appellatur. e nominibus lacertis plusquam referta / Sequitur niuaria aere nebuloso et concreto : ac propterea semper niualis : Deinde canaria repleta est canibus forma eminentissimis. In ea edificiorum durant vestigia / auium magna copia : nemora pomifera : palmeta cariotas ferentia : multa nux pinea : larga mellaceo : amnes syluris piscibus abundantes. Perhibent etiam in ea vndoso mari belluas : deinde ad monstra illa cum putredine tabefacta sunt : omnia illic infici tetro colore. Ideoque non penitus ad nuncupacionem sui congruere insularum qualitatem. Cassiterides insule spectant aduersus celtiberie latus : Sic dicte a grecis (ut plinius habet) a fertilitate plumbi In capite vero bethice ubi extremus est noti orbis terminus Insula a continenti septingentis passibus separatur Quam tyrii Erithream : poeni lingua sua gadir nominauerunt : De aliis insulis in generali descriptione habitum est superioribus ;